

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

omnes tamen, quales quales sumus, ordinibus nostris impendio sovermus, eorumque honori consultum esse volumus, quare fit, ut major pars, quæ vel vulgari pietate vel malitia errat, facile vincat, imo in suam sententiam trahat meliorem. Et cum Christo Iesu gloriam nos provehere credentes de propria certemus, eveniet, ut duplici stimulo agitati præcurramus eos, qui ita tibi favent, ut tam non nisi evangelio favere vellent, quæ quidem æmulatio quo melior est, eo (proh dolor!) facilius in mortalium animis labascit & emoritur. Huic malo per te, ni fallor, obviari posset, si post plures peculiares apologias, quas haec tenus edidisti, novam quandam generalem, ut ita dicam, & communem nullo penè negocio scriberes, qua ad nonnulla ex iis, de quibus te admonuimus, & ad quædam alia, quæ tu ipse in vulgus jactitari non ignoras, responderes. Utile mea quidem sententia opus futurum, si de iis, quid sentias, quidve sentendum censeas, altius ac fuisse exponeres. Sed quando filiale hoc nostrum consilium non probas, hoc epistolium admonitioni finem imponet. Vale ex Burgis, septimo Calendas Martias, Anno D. MDXXVII.

Tus

Viruesius Ulmetanus
scripsit.

XXIX.

Erasmo, &c.

Berus Theologus ante paucos dies Romam venit.
De sacerdotiorum venatione, quæ in literis Gumpenbergii ludis, sunt planè; ut scribis, sunt magni hic Molossi, qui rictu & hiatu immenso invadunt & devorant quacunque obviam prædam, nobisque imbecillibus catellis nihil sinunt reliqui. Habet præterea illa venatio suas artes, aliasque virtutes, quam quarum ego hactenus studiosus fui, quibus nisi quis utatur, haud facile faventem Deliam experitur, quo minus illis utar multa obstant. Cepi tamen interim, dum Romæ fui, duos Canonicatus, unum Cathedralis ecclesiæ Ratisponensis, alterum Cathedralis ecclesiæ Brixinensis, atque hos magis liberalitate clarissimi atq; magnifici viri, Dn. Joannis Paumgartneri nostri, qui opes suas in bonorum virorum usum paratas habet, quam gratia Pontificis. Agnoscit hic Pastor balatum ovium suarum, scilicet familiarum descriptorum, cognatorum, nepotum, officialium, inter quos cum ego non numerer, vocem meam non agnoscit, nihil tamen adhuc ab eo petii, ideo de surdis illius ad vo-

sem

cem meam auribus verè conqueri non possum. Cupiditate inexplicibili non sum ego, nunc facile contentus ad sacerdotia obtenta me recipere, nisi collegiorum istorum statuta à percipiendis inde fructibus me suspenderent, statutum itaque tempus expectandum erit.

Est quidam Romæ, ut mihi videtur, satis annosus sacrificulus, qui contra te Italiz defensionem suscepit scribere, nuncq; edere, qui Italiana magna abs te affici ignomina purat, quod in adagio: Miconius calvus, scriperis, illam solere ratos bellices producere . . . refert mihi Dominus à Gumpenberg, Pontificem prohibuisse, ne ederet &c. Docti, ut audio, rident, inq; deliciis habent hominem, scripserunt nescio qui ad illam ex tuo nomine epistolam, qua rogas eum, ne apoligiam illam edat, hanc ostendit Gumpenbergio, qui negavit tuam esse, & ipse hoc verum esse intelligit, & ob hoc quosdam suspicione notat, in quos vult stylum vertere. Est homo qui fruitur insania, suaque etiam damnatur apud omnes, quare non est, ut hinc illam concipias molestiam . . . Romæ, XXIX. die Martii, M D XXXV.

Reverenda ac Clariss. t. D.

deditissimus

Franciscus Rupilius.

XXX.

Eruditione & pietate Christiana insigni viro, Nicolao Gerbellio, Jurisconsulto, fidelissimo suo in Christo amico.

Jhus.

SAlutem in Christo. Literæ tuæ ad me datæ, Gerbelli suavissime, vigilia Pentecostes, redditæ mihi demum sunt ad Michaelis festum & has ego ad te, hodie omnium sanctorum die, nescio ad te quando per venturas, ad aliam forte Pentecosten, aut ad Calendas Græcas. Vides causam silentii mei? fortunæ scilicet, hoc est, occultæ DEI voluntati id tribues. Cæterum quod tam cognovisse. Cessi publico amicis suadentibus obsequutus, arbitror interim ex aliis incertus, an DEO gratum facerem. Ego quidem arbitrabar, cervicem esse obiectandam publico furori, sed illis aliud visum, quorum consilio adornati equites simultatis insidiis me cœperunt in itinere, & in locum tutum, quo nunc humanissi-